Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26078
Copyright: Admont, Benediktinerstift



glorificauit te. Prouocauerat ad credendum pplm iudeorum ut
inclinarent aurem suam & pactum acciperent sempiternum quod dns
dauid repromiserat & abraham ac semini eius dicens. in semine
tuo benedicentur gentes. quod paulus apls edisserens non ait in se
minibus sed in semine quod est xpc. & quia sciebat illis non credentibus
credituros esse pplos iudeorum nationum. transit ad gentes & dicit se misisse
filium suum testem uel testimonium cunctarum nationum. qui precepta illius
atque mandata pplis nuntiaret. qui de se ipso loquitur. oportet predica
ri euglium istud in omni orbe in testimonium cunctis gentibus.
denique superbientem pilatum hoc sermone confutat. in hoc natus sum.
ut testimonium prebeam ueritati. de quo paulus scribit timotheo. unus
mediator dei & hominum iesus xpc qui dedit se redemptionem pro
omnibus testimonium temporibus propriis in quo positus sum preco
& apls. Omnia quoque que dicuntur ad eum referenda sunt. qui quasi ouis ad
uictimam ductus est. & quasi agnus coram tondente non aperuit os suum.
de quo supra dicitur. uidimus eum & non habebat speciem neque decorem. &
ipse peccata nostra portabit & pro nobis dolet. Ad hunc confugi
erunt & cucurrerunt qui eum antea ne sciebant. dicentes ds nr refugi
um & uirtus. & item. dne refugium factus es nobis in generatio
ne & generatione. de quorum fide & supra legimus quibus non est pre
dicatum de eo uidebunt. & qui non audierant intellegent. Iste est
testis omnium quem pater mundo spopondit & prestitit. cuius mis
terium breui paulus ad ephesios sermone conprehendens. ds in
quit dni nri iesu xpi pater glie. de quo & nunc scriptum est. prop
ter dnm dm tuum & sem isrl qui glorificauit te. & gla qua ha
buit priusquam mundus fieret. de qua & propheta testatur appa
rebit gla dei qui est splendor glie. & forma substantie eius. quan
do omnis lingua confitebitur quod dns iesus in gla patris sit.
qui respondit filio. glam quam prius habuerat postulanti. &
glorificaui. & glorificabo. de quo & iohannes apls. uidimus